GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.
Seite 136r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

na sunt subigit. Cui oculi sunt ut oculi hominum
et os ingentia loquitur. quia in illo humana quidem forma cernitur. et uerbis suis ultra homines eleuatur. Ad quod et pauulum dicit. extollens se super omne quod dicitur deus aut quod colitur. hoc daniel ypha testatur dicens. os loquens ingentia. Ad uilum uel daniel ingentia loqui. uel paululum phibet supra cultum dignitatis extolli. hoc est quod aput beatum iob diuino eloquio cedro comparatur. Ore enim cedri quasi ad alta nititur. dum in omni fastu fallacie et uirtutis robore et culminis elatione psistit. Bene autem stringere caudam dicit. quia tota eius uirtus in uno illo dampnato homine congesta densatur. ut tanto per illum fortia ac mira faciat. quanto illum collectis suis uiribus instigat. Sed quia quale sit iniquorum caput audiuimus. nunc huic capiti que membra adherant audiamus. Sed et Cetera.

Nerui testiculorum eius pplexi sunt. Tot iste uchemoth testes habet. quot iniquitatis suae pdicatores possidet. An eius testes non sunt qui prauis psuasionibus corda hominum uirulenta erroris semina fundendo corrumpunt. Apte autem dicit quod testiculorum ei nerui pplexi sunt. quia uidelicet pdicatorum illius argumenta dolosis assertionibus innodantur. ut recta esse simulent que puersa psuadent. ut allegationum implicatio quasi neruorum pplexitas et si uideri possit. solui non possit. Neruos eius testiculi pplexos habent. quia acumina pdicatorum illi sub argumentis duplicibus latent. Plerumque autem cum uerbis corda inficiunt. in ope innocentiam ostendunt. Neque enim ad se bonos psuasione sua traherent. si se et in actionibus puersos exhiberent. Sed quia testes sunt hui beluae. et pplexis neruis illigant. et rectos se ostentant ut lateant. et puersa pdicant ut corrumpant. ipsi numerum suum capiti immanes. qui quasi leo in insidiis et sicut ppotentia tremendum culminis. et blandit per speciem sanctitatis. Sed hec belua utinam tunc solum talia ageret. et nunc quoque ad corrumpenda fidelium uiscera hos luxurie testiculos non haberet. Neque enim malum sola locutione oris infundit. sed peius et a pluribus exemplo oppugnat. Nam multi enim antichrm non uiderunt. sed tamen testiculi eius sunt. quia corda innocentium actionis suae exemplo corrumpunt. Quisque namque in superbia extollit. quisque auaritie desideriis cruciat. quisque luxurie uoluptatibus soluit. quisque iniuste atque immoderate ire flagris ignit. quid aliud quam antichristi testes est. qui dum se libenter huius usibus implicat. exemplo suo aliis erroris fecis ministrat. Iste prauia agit. ille prauia agentibus adhereat. et non solum non obuiat. sed etiam fauet. quod quidem aliud quam antichristi testis est. qui pdicta auctoritate pmusse dei fidei testimonium prestat erroris. Quos tamen si quis redarguat. mox se sub quodam uelamine defensionis occultant. quia uidelicet eorum nerui pplexi sunt. et male implicitis correptione solui nequaquam possunt. Sed et Cetera. Ossa eius uelut fistulae ferri. In corpore ossa sunt que continent. membra que continent. Habet quidem carnes hec belua. habet ossa. quia et iniqui sunt alii qui tamen ab aliis in errore retinent. et nequiores alii qui in errore et alios retinent. Quid itaque aliud ossa antichristi. quam quos libet in ei corpore ualentiores accipimus. In quorum corde dum uehementer iniquitas indurunt. per eos tota eius corporis compago subsistit. Multi namque in hoc mundo diuitiis uidentur. qui dum rebus opibus que subniti sunt. quasi ex forti-